

LESEN
124



Cc 432

1) Kuesbeck, Thoma, Hengo
et Latinius

nebst 24 - 18]

Cc 432^a (1-21)

PKC

DISPUTATIONES ETHICÆ
III.

Quarum

I

DE IVSTITIA VNIVERSALI.

II

DE IVSTITIA PARTICV-
LARI ET TALIONE.

III.

DE IVRE ET ÆQVI-
TATE,

quas

Divino numinis auspicio

Philosophicæ facultatis suffragio

Præfide

M. SAMUELE DRESEMIO

Publicè ordine tuebuntur

THOMAS

HEMPO à Knesebeck.

LEVINUS

Fiet Disput. I. 12. Calend. Sextileis. II. 5. Calend. Sext.

III. prid. nonas eiusd.

ἢ ἑστῶσιν, ἢ ἐπὶ τῷ δαυμασὸς, ὡς δικαιοσύνη.

Arist. 5. Eth. 1.

Typis Friderici Hartmanni Bibliopola.



Illustri & Generoso Domino

DN. ADAMO GANSEN

Dn. in Putlitz V Volfeshagen &c.

**Aulæ Electoralis Brandenburgicæ Marschial-
lo hereditario &c.**

Non leviter doctorum & cordatorum iudicio Illustr. & Generos. B. illi vapulant, qui literis ita sese abdunt, ut nihil ex umbra in solem, ex lucubratione in lucem proferre possint, sed suis opinionibus indormiunt, & ut Aristoph. dicebat ἀγοραῖοι tandem verò tanquam ex specu Trophonio producti, aliis deridiculo sunt, & pro Doctrinâ opinionem, nubem scilicet pro lunone, ut de Ixione in fabulis est, amplexi, serò experiuntur verissimum esse illud Heracliti, οἴσῃς ἴδῃ ἐγνοῶν ἢ τῆς περνοῦντος, imaginationem scilicet defectum loco profectus lucrari. Quod & nos, animo proponentes illorum instar qui Martis aleam versare gestiunt, in literariam prius descendere arenam, arma vibrare, procurrere & reverti, cæsim & punctim, eominus & eminus ferire & excipere consultum esse duximus, quo & contra barbariem, quæ non uno prospectat capite, aliquando cum alijs melius pugnare, regnum literarium cum reipublicæ & patriæ utilitate sartum tectum præstare possimus.

Quemadmodum autem favente vel inclamante Agonothetâ alacrius sese Martii isti alumni exercere solent, ita nobis animi vigorem accensum iri speramus in tyrocinio, quod tuæ Generositatis vel solum nomen præ se ferret, cum quo Iustitiæ nostræ plurima & maxima scimus esse commercia, & cum T. G. ipso Hespero clariorem in Marchia hodie efflorescere. Ut igitur utriusq; radiis nostris conatibus gratiam, & lucem comparemus, T. G. studiorum hæc ludicra vovemus, utq; ea cum favore complectatur, Patriæ salutaribus suis consiliis diu sana & incolumis presit, id unice in votis habemus.

T. G. addictiss.

Thomas

Hempo fratres à Kneesebeck

Levinus

DE IVSTITIA VNIVERSALI

Disputatio I. Respondente

Thoma. à Knesbeck.

Thes. I.



Uod apud Stobaeum serm. CXVIII. quidam sordidè nummos pascens & nutriens, pronun-
ciabat $\Theta\epsilon\lambda\omega\ \tau\acute{\upsilon}\chi\eta\varsigma\ \epsilon\alpha\lambda\alpha\gamma\mu\acute{\omicron}\nu\ \eta\ \Phi\epsilon\gamma\omega\acute{\nu}\ \pi\acute{\iota}\theta\omicron\nu$,
se malle fortuna stibam, quam sapientia doli-
um, id indidem invertere libet, $\rho\acute{\alpha}\nu\iota\varsigma\ \Phi\epsilon\gamma\omega\acute{\nu}\ \mu\omicron\iota\ \mu\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\nu$, $\eta\ \beta\upsilon\theta\acute{\omicron}\varsigma\ \tau\acute{\upsilon}\chi\eta\varsigma$. pluris mihi sapi-
entia guttula, quam fortuna pelagus. Fors enim licet, Plinii suffragio utramq; paginam possideat, magnaq; illius secun-
dum Demost. Olynt. II. sit $\rho\acute{\omicron}\pi\eta$, $\eta\alpha\iota\ \acute{\omicron}\lambda\omicron\nu\ \pi\alpha\rho\acute{\alpha}\ \pi\alpha\nu\lambda\acute{\alpha}\ \tau\acute{\alpha}\ \tau\acute{\omega}\nu\ \alpha\nu\theta\epsilon\rho\acute{\omega}\tau\omega\nu\ \pi\epsilon\rho\acute{\alpha}\gamma\mu\alpha\tau\alpha$, suiq; cultores, ut Chryso stomo ait, similes reddat $\pi\alpha\iota\delta\iota\omega\ \kappa\alpha\tau\alpha\gamma\epsilon\lambda\acute{\alpha}\varsigma\omega\ \Phi\upsilon\sigma\eta\tau\iota\ \tau\epsilon\varsigma\ \gamma\upsilon\acute{\alpha}\theta\epsilon\varsigma$; favor tamen illius in lubrico positus est, et. clientes suos deco-
lorat, in primis v. si plurimum cum ipsa contraxerint. Arist. 2. Rhet. 16. Plut. in consolat. ad Apoll. & in libel. $\pi\epsilon\rho\acute{\iota}\ \Phi\iota\lambda\omicron\omega\lambda\epsilon\tau\acute{\iota}\alpha\varsigma$. Nam ut Lucil. ait, quanto blandior est, tan-
to vehementiù mordet. Litera v. $\epsilon\ \alpha\nu\iota\mu\iota\ \beta\omicron\nu\alpha$, qua marsupio non sequuntur, extra fortunam sunt: unde eleg. Phœdrus Augusti libert. dicebat: Homo doctus in se semper divitias possidet. Vid. Stob. serm. 7. Apul. fusè in Apol.

2. Citius a. acquiruntur, si benè cognoscuntur, Plut. in libel. $\eta\ \acute{\alpha}\rho\epsilon\tau\eta\ \delta\iota\delta\alpha\kappa\lambda\acute{\omicron}\nu$: ut enim qui viam ad mare nesciunt, flu-
vij ductum sequuntur, sic qui virtutum & doctrina desiderant $\acute{\alpha}\sigma\kappa\eta\sigma\iota\nu$, praeferunt $\mu\acute{\alpha}\ \theta\eta\sigma\iota\nu$. Nos aurea istius arboris ramum contem-
plabimur $\text{Iustitiam vid. κτήμα}$, ut ait. Menand. $\tau\iota\mu\iota\ \acute{\omega}\tau\alpha\tau\omicron\nu$: de qua eleganter Plato. I. Polit. $\delta\iota\alpha\gamma\omega\sigma\acute{\omicron}\nu\eta\nu\ \zeta\eta\tau\acute{\epsilon}\nu\eta\varsigma\ \pi\epsilon\rho\acute{\alpha}\gamma\mu\alpha\ \omega\lambda\lambda\acute{\omega}\nu\ \chi\epsilon\upsilon\sigma\acute{\iota}\omega\nu\ \lambda\iota\mu\acute{\iota}\omega\tau\epsilon\rho\omicron\nu\ \zeta\eta\tau\acute{\epsilon}\sigma\iota$: causam addit: 5. lib de ll. $\pi\acute{\alpha}\varsigma\ \acute{\omicron}\ \acute{\epsilon}\pi\acute{\iota}\ \gamma\eta\varsigma\ \eta\alpha\iota\ \acute{\omicron}\ \pi\acute{\omicron}\ \gamma\eta\varsigma\ \chi\epsilon\upsilon\sigma\acute{\omicron}\varsigma\ \delta\epsilon\tau\eta\varsigma\ \epsilon\kappa\ \acute{\alpha}\nu\lambda\acute{\alpha}\xi\iota$ $\text{\textcircled{C}}$:

A 3

omne

omne aurum vel super vel subter terram adversus virtutem
aequilibriū praeſtare non poteſt, quam ſententiā Iulianus ὁ πα-
ραβάτης in lib. de regno repetit. Hanc qui ſeclatur, ait
Eunap. in Iamblichō. εὐηκοίασ τυγχάνει θεῶν, facilem ad
DEORUM aures acceſſum ſortitur: Quod uberius Proclus
explicat. in lib. 1. Polit. Platonis.

3. Quamvis autem Ariſt. teſte 5. Eth. 9. ſcire quid ſit ju-
ſtum difficile ſit, & Iſocrates neget Juſticiam doceri poſſe,
cum malè natis inſtillari nequeat; ſcimus tamen ingenij agros
diſciplinis ita ſubigi poſſe, ut virtutum ſemina, tuto ipſis
committi queant: Vnde & Phil. 6. Eth. 13. πᾶσι αἰεὶ ἐκαστα
τῶν ἐθῶν δοκεῖ ὑπάρχειν φύσει πᾶσι: quae & ſententia Plato-
nis in Protag. τῆς ἐπιμελείας ὅλα πάντα γίνεσθαι dicebat
Antiphanes: parere cuncta diligentia ſolent. Inprimis vero
ut Apollonius ad Euphraten Epiſt. 7. græco dicebat di-
verbio, ſi animus alicui fuerit, τὴν ἀλίαν ἔστω ἔνι θεμίδῳ
οἴκῳ: in Themidos adib. terebrare ſalinum.

4. Libet v. de nomine primum ſciſcitari: quod Græcis quid.
δικαιοσύνης latiff. eſt: nam & pro pietate, probitate, aliq. ſumi-
tur. Plato in Eutyphron. Dial. τὸ ὅσιον ἔσθ' δικαίη μέρη.
Poetæ δίκης & Themidos vocab. utuntur Hom. & Heſ. ſε-
πὲ δικαίον. In Cratilo dictū putatur, quaſi ἅλα πάντα διαίον,
& κ. interpoſitum εὐſομίας ἕνεκα, quod cuncta tranſeat: ſed
alluſivum hoc, Ariſt. δίκην ἀ δίκη derivatam putat, quod duas
q. æquales partes reſpiciat. lib. 6. Eth. c. 2. Autor Etymol.
ἀ δίζω, quod verum & æquū querat. vel δικάζω quod litigia ſol-
vat: & δύο εἰσέεισ ἔχη, cum reſponſum ſignaturus dubitare &
perpendere omnia debeat. δίκην porro ut Tzezes ad Heſiodū
monet, Æſchylo etiam terram denotat, quemadmodum &
Themidis vocab. item iudicatum, forum iudiciale, & pœnam:
unde δίκην γράφειν, quod Phrynichus ad privatam actionē perti-
nere ait, γράφειν v. ad publicam: aliis cōtrarium placet, quod ex
Pla-

Platonis Eutyphrone in ipso initio probare est. vid. Numm. s. Latini iusticiam à jure derivant, Isid. quod in ea ius sistatur, quae Etymologia, nisi allusiva est, visa non caret. vocant etiam Themida, quam Apollodorus Bibliot. l. i. Iovis uxorem caeli filiam putatam ait. Astartem etiam, quam facinus mortale fugavit. Ovid. ὄλεται γὰρ τὸ δίκαιον ἐξ ἀνθρώπων dicit Synesius, quo alludit Plato. 3. Polit. Nigidius Figulus teste Hygino in fab. e. 130. eandem inter leonem & libram consedisse affirmavit, non sine eleganti Mythologia: graphicam ipsius describit. ex Chrysip. adducit Agel. lib. 14. c. 4. An a. iusticia à jure: ανυ, hoc ab illa collicias derivet, multis queri solet: quod tamen magna questionis non est: si n. Etymol. Grammat. respicias, quis ἀργότυφλον negabit? iusticia nomen posterius esse? Si ius etiam sumatur pro Obiecto iusticiae, sive precepto ex lege profecto. Bolog. c. 14. habitum huius antecedit. Vnde Plut. ad indoctum Principem, δίκη νόμος τέλει ἐστίν, νόμος δὲ ἀρχὸν ἐργον, ἀρχὸν δὲ εἰκὼν θεῶν, τὰ πάντα κοσμεῖν. Imo si pro arte iuris sumas tum habitu iusticiae tanquam causa effectu prius erit. Sin v. ius sumas pro ut cum legib. à iustitia habitu sanctum & promulgatum est: & prout leges instrumenta sunt, quib. prudentia Principis utitur, ad dirigendum populum ad virtutem. Vel si cum Ulpiano dicas, Ius est quadam actio, & iustum factum, quod à iusticia proficiscitur, tum certè posterius est. Pic. in Com. Polit. p. 5. Dominicus Soto. lib. 3. q. 1. art. 2.

6. Ipsum porro δίκαιον ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων esse, ex contrario, ut i. Top. 13. monuerat ἐπὶ τῆς ἐναντίας δεῖσκειν εἰ πολλαχῶς λέγεται, pluribus ostendit. Dicitur enim iniustus, qui legib. non obedit, & qui equalitatē in reb. non attendit, περὶ ὅσων εὐτυχία καὶ ἀτυχία. Probat autem non unam & eandē esse virtutem, ut in M. M. l. i. c. 34. & Eud. l. 4. c. 1. non enim omnis ἀγαθὸς πλεονέκτης esse dicitur: ῥιψάσις & λειπό-

τάκτης iniustus quidem est, non tamen πλεονέκτης, ex quo patet, aliam quandam Iusticiam esse, prater communem istam, quae τὰ νόμιμα observat. Thom. in 2d. art. 58. q. 7.

¶ Est ne igitur Iusticia quoddam genus, quod reliquias sub se comprehendit, tanquam species? ita sanè multi statuunt, & Philosophi ea fuisse mens videtur, cū particularis, μέροςιον vocetur τῆς ὅλης. Eth. c. 2. Ἐπορρὸ ἐστὶν ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην ἀλλήλην, ἐν μέρει σωώνυμοι; ὅτι ὁ ἐρισμός ἐν αὐτῷ γένει. At Iusticia Universalis non videtur posse predicari de particulari, ut Animal de Homine, & quamvis Prudentia omnes Virtutes dirigat, non tamen eā gratia illorum genus dicenda: & cur non omnes Virtutes illius species? cur haec tantum? Quid igitur? Virtutes particulares omnes huius esse species dicimus, quatenus simpliciter virtus est. & ut ait Arist. τοιαυτὴ ἐξ ἑστὶ ἀπλῶς, quatenus v. ad alterū refertur, duas istas species magis ipsi subordinari, quam reliquias, asserimus unde ait Thomas Aquin. 1. 6. art. 3. c. 2. ὁ ἐρισμός ἐν αὐτῷ γένει: ἀμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἑτέρου ἔχουσι δυνάμιν. quo sensu dixit eas esse σωωνύμους; quamvis antea ratione propria natura dixerat ὁμωνύμους. Vid. multis Domin. de Soto. lib. 3. art. 5. q. 2.

B. Ex quo etiam liquet, quomodo à Virtute in communi differat, ἐστὶ μὲν γὰρ ἡ αὐτὴ ait c. 1. verum subdit τὸ εἶναι ἔτι τὸ ἀλλό, quib. innuit, Iusticiam omnes Virtutes suo gremio acceptare, simpliciter nempe, & pro habitu sumtam: τὰς δὲ ἐνεργείαις, ait Eustratius in 1. cap. 5. Eth. sive ut Cic. loquitur apud Nonium, quatenus se ad alienas utilitates porrigit & explicat, non est eadem, sed diversa virtus: Vnde et. c. 2. ait Universalē Iustitiā esse γενῶσιν ὅλης ἀρετῆς πρὸς ἄλλον M. M. lib. 1. c. 34. Pic. grad. 19. c. 4. Thomas in 2d. art. 58. q. 3. & 9.

¶ Indidem genus eiusdem, Habitus nempe liquet. Non enim cum Stoicis Virtutes animalia esse dicimus, quā de re vide prolixam Seneca Epist. 114. Stob. in excerptis Physicis, de Stoicis

Stoicis, πᾶσαν ἀρετὴν ζῶον εἶναι βέλονται. Plut. de Stoicor. absurd. nisi ψυχῶσδ' quadam id excusare velimus, ut apud Prudentium in Hamartig. Plato τέχνῳ ἔπισήμῳ sapius nominat, praesertim in sine ἐργῶν, quod tamen ad δικάσιμῳ applicat. In Hippia minore illius genus inquirens, vel δῶαμιν, vel ἐπισήμῳ ait esse, vel ἀμφοτέρω : quae omnia remotum quid ponunt, ἔ longè absunt ab Aristotelis ἀρεθείᾳ.

10. *Subiectum inhaerentia secundum communem omnium Theologorum ἔ Philosophorū sententiam aiunt illi è Conimbrigib. Disp. 7. q. 5 art. 1. est voluntas. Dom. Soto lib. 3 q. 2. art. 4. Plato ἔ Pythagoræ in appetitu sensuum ἔ rationis collocarunt : de quò multis apud Stobæum differit Theages Pythagoræ serm. 51. Hoc quidem concedimus, si latius vocab. subiecti sumatur: vel si principia dirigentia velimus adiungere, aut voluntatem etiam pro appetitu sensuum sumere; si v. propriè, non pro principijs dirigentibus, sed subiecto cui inhaeret adequato: illa sententia de vicinia Veritatis migrat. Cum enim Virtus in appetitu sit sensuum, tanquam subiecto, etiam Iusticiam necesse est, quae ἀπλῶς considerata, nihil aliud est, quam universa Virtus, nec respectus ille super additus subiecto illam movet. De Virtute v. expressa est Philosophi sententia, 1. M. M. c. 5, 1. Eth. ult. quam rationib. invidis Piccol. abundè contra Scotum, aliosq. demonstrat. Grad. 4. c. 13. & s. quas frustra vellicat συκίνοισ suis ἐν θυμῷ μασί ἄ Scalig. ad aliam rem mutuo sumtis Finckius in suis Schediasmat.*

11. *An in medio versetur, ἔ quomodo, non exigua videtur dubitationis: non enim hic comparent duo extrema, quib. se mediam interponat: nec peculiarem perturbationem medio applicat: neq. id ipsum, si detur more aliarum Virtutum: ut ipse Phil. 5. Ethic. & 2. c. 7. asserere visus est: unde ἔ DD. Conimbricens. inter extrema duo vitia illam collocari negant.*
disp.

disp. 7. q. 2. art. 2. Contrarium tamen cum Philosopho asserimus lib. 5. Eth. c. 3. 1. M. M. c. 34. 4. Eud. c. 2. quod & plus rib. Alex. Aphrod. lib. 3. q. 3. probat: & l. 4. q. 27. quippe cum in actione circa obiectum huius Virtutis & minus & nimis invenire sit, & consequenter medium. Nec obest, quod unico iniusticia nomine id denotetur, ut in opposito virtutis usu venit, defectus enim & excessus extremum utrumq; satis arguunt. Commodè v. uno vocabulo comprehenduntur ista, cum analogia unius partis violatâ, etiam altera violetur, uni siquidem nimium tribuens, alteri derogat. Prasupponit v. animi perturbationes compositas, quatenus virtus universa est, quamvis referatur ad alium, quod ubertim, 5. Eth. 2. declarat in particularib. eog; respectu duplicem affirmabat Plato, ut Domin. de Soto putat. lib. 2. q. 3. internam & externam, minus tamen propriè, ut videbimus.

12. Ultrum a. servet medium, rei ne, an persona? in proclivè est decernere, quippe cum foras prospiciat, ut Cic. dicebat: res scilicet, circa quas versamur, personas nempe, vel leges Pic. gr. 4. c. 30. Quatenus vero simpliciter considerata Virtus est, medium etiam persona, secundum circumstantias, quas prudentia oculus attendit, ipsi convenire non negamus. Aquinas in secund. art. 58. q. 10. Non enim satis est, firmum illud propositum parendi legib. & virtutis munia prestandi, verum actiones etiã ad loci tēporis et personarum περιστασεις applicanda erunt: Plato 1. Polit. convenire ipsi etiã medium tam Arithmet. quam Geometricum ratione virtutum, quas ambitu suo complebitur ex VII. them. elucet.

13. Obiectum circa quod ista omnia exerit πάντα sunt, ait Arist. περι ὅσα ὁσπερ αἰσθητὰ, item τὰ νόμιμα: unde Plato 4. Polit. ait iusticiam omnibus virtutibus διώαμιν παρέχουσα & 1. de ll. legislatorem πρὸς τὴν μεγίστην ἀρετὴν μάλιστα βλέπειν Quod v. νόμιμα observet omnia, aliquot rationib. Arist. probat.

Si n.

Si n. qui contra quascunq; leges facit iniustus est, iustus erit, quod
 ad illarū prescripta vivit, & conseq. omnium. Quod & νόμοθε
 τικὴ ostendit fert enim leges quas iustas dicimus singulas, quam
 vis id alio atq; alio fiat modo in diversa reipub. forma. Quod
 effectus, sine sine etiam probat, cum omnib. prescribant leges, vel
 optimis, vel precipuis, ad salutem civilis societatis, quod ἐπα
 γωγῆ declarat. 2. Eth. 2. 1 M.M. c. 34. Eud. 4. c. 2. idemq;
 lib 4. Memorab. Xenophon & Plutarchus in contra
 dict. Stoicorum contra Stoicos defendunt: & Menandri trita
 confirmat sententia δίκαιος ἦς, εἰ τῷ νόμῳ χεῖρη νόμου.
 34. Causa a. principalis, est summa illa Iusticiā DEUS, qui
 ut Charondas apud Stob ait: ἔδενός ἀδικῶν κοινωνεῖ. Causā
 μεγαταρχικὴν vide apud Polyb. autorem magni iudicij lib.
 6. Hist. prolixē. proxima est voluntas illa σατερόν καὶ διανε
 κής, que ut 2 Eth. 4. ait βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως τὰ δίκαια
 πρὸς θεῖ: hac appetitum ita conformat, ut morem legib. gerat,
 ex earum prescriptio vivat, suum cuiq; tribuat, Vid. VVe
 senb in Dig. tit. 1 num 6. Materialem & formalem breviter
 ter Plut. innuit lib. de virt. τὸ μὲν πάθος ὕλην ἔχει, τὸν δὲ
 λόγον εἶδος: pro materia affectus, per forma rationem re
 ctam habet. Vid Proclum in 1. Polit. Platonis, qui causas
 in genere eleg. explicat p. 351. Finis est, societatis civilis con
 servatio, reipub. tranquillitas. Plato 2. Polit. vide Plut. in
 lib. de Princip. sine iusticia ne Jupiter quidem Principem
 agere posset. & eleg. Macrobi. sine iusticia nec respub. nec exigu
 us hominum cœtus, imo ne domus quidem parva constabit.
 Arist. 1. Rhet. c. 13. δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος dicebat
 Clemens Alex. Strom. 6. ἡ ἀταραξία. Sed ad privatam
 utilitatem confert ne quid iusticia: affirmabat Buridanus 5.
 Eth. q. 6. & Eustrat. in 2. c. 5. Eth. Negat. Domin. Soto.
 Quamvis a: primario ad publicum collimet commodum, δευτέ
 ρως tamen etiam sibi consulit, fieri enim nequit, quin commodū
 commune in singulos redundet: quod ex contrario evidens,

B

nam

Nam ut Hes. tritum ait, πολλάκι καὶ ζύμπασα πόλις ἔσθ' ἔσθ' ἄσχινης ὁ ἰδία πονηρός, ὅταν ἂν ποτε γένοιτο δημοσία
ἀσχινης. contra Ctesiphont.

15. Vtrog, respectu varia apud Philos. 5. Eth. c. 2. obti-
net attributa: vocat enim, τελείαν, Vid. Pic gr. 9. c. 28. 2.
quod alium respiciat, sive ἀλλότριον sit ἀγαθόν, qua etiam sunt
verba Plat. 1. Polit. & 2. quod Eustratius de fine exponit,
ἔσθ' ἄσχινης δημοσίᾳ in 5. Eth. idemq. Cic. 2. de repub. asse-
rit, ut ex segmento Nonij affertur. Vid. Thomam in 2d.
art. 58. q. 2. P. Victor. lib. 11. c. 20. lib. 22. c. 4. Perfectionem
illam ex difficultate ostendit: nam secundum Biantem, virtus
respublica monstrat, quod tamen alij Pittaco, alij etiam Solon
ni attribuunt, idq. egregia similitud. Demosth. Olynth. 2. expli-
cat. 3. vocat κρατίστῳ τῶν δεσπῶν, quia reliquarum Domina est
regina Cic. 3. off. 4to. cum Hespero illam confert ut ἔσθ' Πλα-
το pulchritudinem illius prolixè depingit edo. de repub. & Eu-
strat. in 5. Eth. Plura vid. illius effecta apud Plut. in Arist.
lib. de sera Num. vindicta Platon. 1. & 2. Polit. Xen. 4.
Memorab. Stobæum serm. 51.

16. Definitiones illius tot à diversis adferuntur, ut copia in
inopiam ferè solvat. Zeno, scientiam esse dicebat, eorum qua
eligenda sunt, quæq. fugienda, ἔσθ' qua sunt media, Laert. lib.
7. Hierax apud Stobæum, cum examinasse videri vellet,
definit. Aristotelis, suam adfert, esse nempe Habitum anima
rationalis, rectitudinem spectantem aut vindicta executionem in
eos qui priores injuriam intulerunt. Vide inibi alias duas.
Plato in 4. Polit. Harmoniam esse ait in qua, ut in fis-
dib. ὁ λόγος τῆ φρονήσεως, ὑπάτης, vicem fungatur, θυμὸς τῆ
ἀνδρείας μέσης, ἰσχυρία τῆ σωφροσύνης νεότης, qua omnia eleg-
ganter explicat Plut. in quæstionib. Platoniceis, & Pro-
clus comment. in 1. Polit. qui ait ἔσθ' ὁ φύλαξ, ὁ
δὲ θυμὸς ὁ ἐπιχειρῶν, ἢ δὲ ἐπιδομία τις ὁ θῆσ, ἔσθ' Extat alia in
lib.

lib de Virtutib. quem Aristot. scribunt: item i. M. M.
c. 34. i. Rhet. c. 9. Nos retinemus illam quam s. Eth. i. ponit
Justiciam esse ἐξιν, ἀφ' ἧς πραγματικαὶ τῶν δικαίων εἰσι, καὶ βέλ-
λουται, καὶ δικαιοπραγῆσι καὶ δικαίαι: Iustorum definit. quam
Si monidis esse putant. Plato i. Polit. restringit, & cancellis
circumscribit.

17. In Arist. Def. tria differentie loco ponuntur, quia nec
potentia, ut Eustratius explicat, sola sufficit, nec actio, sed &
προαίρεσις, quam βελήσσει includit, requiritur, ne casu iusta
agere videatur. Quod si respectum quem ad alium habet, addē-
re velimus, vel ut ipse sub ingressum lib. 5. ait ἀπὸ τῶν ὑποκεί-
πτων ἐξιν γνωρίζειν, cum eadem ex cap. 2. definire possumus,
δικαιοσύνη ἐστὶν ὅλησ δέσπης χεῖσις πρὸς ἄλλον.

18. Extrema unius iniusticia nemine, ut dictum, compre-
henduntur, nam utrinq; secus impingit, qui sibi plus iusto tri-
buit, & alteri subtrahit: Definit. illius apud Arist. lib. 2. li-
bello de Virtut. Stob. ferm 51. multas reperies: cuius
vitij fœditatem plurib. exprimit Orpheus in Hymnis,
Hesiod: & Plato in Prothagora: estq; alterius capitalis
hostis ut Varro in frag. Satyr. posuit: quam vis enim Ga-
lenus in libris de effect. animi asserat ἢ ἀρετῆς γειννῆ τῆ
κακία & Persius redum inter curva subire: procul tamen illa
iam à se spernit ut Nonius dicebat, & cum ipso Plato Po-
lit. Elegans a. Damocratis cuius d. est sententia, de hoc vitio,
cum ait τὸ κακῶς ζῆν καὶ μὴ φρονίμως; καὶ δικαίως, & κακῶς ζῆν
ἐστὶ, ἀλλὰ πολλὴν χρόνον ἀποθνήσκειν, Male vivere, sine pruden-
tia & iusticia, non est male vivere, sed diu mori. Vid. etiam
Boethium in 2d. de cons. Phil.

19. Quærit autem Philosophus, an quicumq; iniuste agit,
etiam iniustus sit: ut autem quid statuendum, melius appareo
at, distinguit inter actionem, quæ ex deliberato aliquid agit,
quæ spontanea est, à sciente fit, & inter actionem quæ ab ino-

vitō proficiscitur, voluntatem & noticiam non presupponit, id-
g. vel secundum omnes circumstantias, vel precipuas, qua de
refuse lib. 3. Eth. & Plato prolixè lib. 4. d. II. Si itaq;
παρλόγως iniusta agit ἀτύχημα infortunium est. Si μὴ παρ-
λόγως citra tamen animi malignitatem ἀμάχημα. Si gna-
rus rei & violentia affectuum in preceps agitur ἀδικημα com-
mittit, non ἀδικίαν: habitu non est iniustus sed aditione. τὰ δὲ
ἐκ θυμῷ αἰτ. ὅκ ἐκ φρονείας, κέινεται M. M. lib. I. c. 34. &
τοῖς ἀνθρώποις συγγνώσκῃ, ἐπιφκός. Rhet. I. c. 13. Xen. Cyr-
pad. 3. ὅποσα ἀγνοία ἀμαρτάνῃσι ἀνθρώποι, πάντα ἀκρίσια
λαῦτα. Cum autem spontaneo motu, ἐκ παραιρέσεως & omni-
um rerum gnarus iniuste aliquis agit, ille iniustus dicitur pro-
prie, in reliquis minus proprie vel χῆ συμβέβηκός. Vid. Dom-
Soto. lib. 3 q. 3.

20. Altera questio non ignobilior est, an seipsum quis iniu-
ria afficiat? Chrysippus sui oblitus, alibi affirmavit, alibi ne-
gavit, pro neg. sententia 3 illius rationes Plutarchus in lib.
contradict. Stoic recitat. Arist. id negat, 1 quia Justitia
ad aliena, ait Cic. se porrigit & explicat 2. si facere iniuriam,
spontaneum est, pati erit invitum, se a. in vitam volens iniu-
ria afficere nequit contraria enim de eodem simul & se mel af-
firmari nequeunt, respectu. n. aditionis sponte ageret, ratione
passionis invitus. Vid. lib. 5. Eth. c. 9. M. M. c. 34. At ἀυ-
τόχῃς iniuriam sibi inferre videtur: M. M. c. 34. l. 1. R. Arist.
ex communi Ethices sine, talem rempub potius ledere, & in iu-
sticiam universam legesq; peccare. In particulari verò Iusticia,
si quis de suo alteri plus det, non tam se iniuria dicitur affice-
re, quam Honorem & laudem τῶν ἕξω ἀγαθῶν τιμιώτατον,
recipere tanquam ἀντιπεπονητός. Eth. ibiq; eleg. Eu-
stratius.

21. Contrariū a. statuit Plato in Gorgia lib. 4. Pol. et qui eā
sens-

sententiam amplectitur Seneca Epistolis 17. 82. 103. cum se
injuria afficiat, qui appetitui fræna laxat, in scelere sese volu-
tat, omnemq; animi excolendi cultum negligit, & abjicit. Sed
Arist. ista dicit, κτ̄ μὲν ἀφορὰν, non proprie dici unde liquet,
diverso considerandi modo, litem istam sine feicali & patre pa-
trato componi posse: Arist. n. de externa injuria loquitur:
Plato de interna. Arist. ipsam actionem, Plato principia
respicit, quatenus in se considerantur, & vel εἰς τὴν ψυχὴν
& ταρῶν affectus excitant, & imperium rationis detrectant. Di-
scernebant porro, ut Eustratius monet in 5. Nicom. Pla-
tonici inter ἀδικεῖσθαι & βλάπτεσθαι, hoc ad corpus, illud ad
animum referebant, unde & Socrates accusatus dicebat σ-
κῆρτος ἀθηναῖοι βλάψαι μὲν δύνανται, ἀδικῆσαι δὲ οὐ δύνανται.
nocere Socrati Athenienses possunt, sed non injuriam infer-
re ἡμῖν. Φοβεῖσθαι μὲν οὐ κακύναι τὴν ψυχὴν δύνανται.

22 Tertio quaeremus? An volenti fiat injuria? Negat A-
rist. si n. facere injuriam voluntarium est, pati erit invitum:
& Voluntas recte disposita ad bonum tanquam obiectum fera-
tur, injuria v. quatenus injuria, malum est. Per se igitur vo-
lenti non fit injuria, si recta notitia precedat. D. Thom. in
2d. dist. 59. q. 3. Sape v. diverso respectu, injuriam aliquid
comitari potest, quod ratione majoris mali, bonum videtur,
ut Sauli interfici: Sic Martyres crucem appetunt, non quate-
nus iniuria est, sed quatenus Deo & sibi veritatis testimonio
perhibent, veram gloriam assequi & doctrinam cœlestem morte
obsignare possunt.

23. Cognata Justitia sunt, Probitas, Innocentia & si qua
et alia, applicat n. animum legibus, ita ut nihil contra illas agat,
sed omnes observet: idq; ut libello de virtutib. ordine deducit
Arist. & plurib. Proclus in lib. 1. Polit. Platonis. De
Annexis v. virtutib. multis agit D. Thom. in 2d. sent. s.
80. q. 1. de plurib. Soto.

Ἐπιδηόγματα.

1. *Iusticia possidetne priores, an Prudentia?*
2. *Iusticia Universa estne p̄ceditissima illa virtus, cuius me-
minit Arist. in def. εὐδαιμονίας?*
3. *Daturne Iusticia qua sit Injusticia? ἢ ἐναλλάγδω;*
4. *ὁ πλέσιος ἢ ἀδικος ἢ ἀδικη κληρονόμος; ἢ ὄ; omnis dives,
aut injustus, aut iniustus heres, quod Plato aff. lib.
5. de ll. quod Alypius proponebat in trivio
Iamblichos, apud Eunap. quod Hestiaeum
monebat Apollonius. Epist. 35.*

II Disputatio

De Iusticia particulari, eaque Distribuyente &
Commutante.

respond. Hempone à Knesebek.

I.

Vere quidem, & pulchrè à Philemone dictum est ap.
Stob. serm. 51. ἀνὴρ δίκαιος ἔστιν, ὅς ἂν μὴ ἀδικῶν, ἀλλ'
ὅστις ἀδικεῖν δύναμιν μὴ βέλειαι. *Iustus haut est,
qui non facit iniuriam, sed ille qui cum possit, haut ta-
men facit. Unde & Arist. illud hoc ex Philosophia se lucratur,
ut ultro faceret, qua alii legum metu: ὁ γὰρ μηδὲν ἀδικῶν ἔδε-
νός δέται νόμος, dicebat Eurip. Hominum tamen multorum
tanta est perversitas, ut raro vel nunquam iusticia subscri-
bant, nisi vel premiorum distributione allecti, vel pœnarum
metu deterriti meliora priorib. anteferant, ut Plato asserit
2. de legibus. χαλεπώτατα γὰρ ἀδικία ἐστὶ ὄπλα Arist. 1. Po-
lit. 2. Magna autem cautio adhibenda est, ut premia & pœnae
recte distribuantur, ne quod ad iusticiam debebat esse illicio, idi-
psum sit dehortamento: δὴνὸς ἔσω ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμὸς dice-
bat Heliod. Attentus sit igitur iusticiae oculus & pensicula-
re omnia rimeur.*

2. *Aristoteles Virtutem circa hac occupatam: ὡς τὸ νόμα ait
Plato*

Plato 10. de leg. πρῶτον ἐν τῷ ἐν μέσῳ δικαιοσύνην I. 5. c. 2.
Ἐὼς μέσῳ τι τῆς ὅλης δικαιοσύνης, Item ἐτέρῳ παρὰ τῷ ὅ-
λῳ ἀρετῷ, item διανεμητικῷ, Plutarchus vocat ἰσάνευσ-
σαν in Symp. lib. 2. q. ult.

3. Est autem distincta specie ab altera illa, quae circa contra-
ctus aequilibrium observat, habent enim differentias Ἐὼς ἐναν-
τιότητα non quidem κατ' ὄλῳ ut Phil. 9. Metaphys. ait,
νεῖς καὶ τὸ συμβεβηκός: sed secundum formalem respectum,
quam proportio in medio observanda constituit Thomas in 2d.
q. 61. art. 1. Ἐ 2. Soto. l. 3. q. 5. art. 4. Hae enim Geometri-
cam, altera Arithmetica observat proportionem: frustra na-
Bodinus Harmonicam addit. lib. 6. de repub. haec distribu-
it, illa commutat, haec publica magis, illa privata respicit, Eu-
strat. in cap. 3.

4. Obiectum huius Virtutis est contrario venatur Aristot.
lib. 5. c. 2. 1. M. M. c. 34. Eud. l. 4. c. 1. idq. generaliter,
cum omne nimium inaequale ostendit, sed non omne inaequale ni-
mium, Ἐὼς ἐν τύπῳ ait, quod versetur πρὸς πλεὴν καὶ χεῖρα-
τα, ἢ σωτηρίαν: item circa bona, non quidem omnia, sed πρὸς
ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, externa scil. quae non simpliciter bo-
na. Deniq. ut species dirimat, alteram ait versari ἐν διανο-
μαῖς, in distributione honoris, pecunia, vel aliarum rerum,
quae inter multos dividuntur: alteram vero ἐν σωμαδράγμα-
σι. Eth. c. 2. 1. M. M. c. 34. Eud. c.

5. Quia v. iustum in reb. distribuendis medium est; si in-
aequale est iniustum, iustum erit aequale: aequale v. mediū est;
idq. respectum habet ad plus Ἐ ̄ minus in dividendo, Thomas
qu. 2d. q. 61. art. 2. Analogia etiam quadam sive proportio-
ne, quae pertinet ad ista, quae ad alia respectum habet, opus erit:
ut certo modo ad medium pervenire queant. τὸ γὰρ ἀνάλογον
μέσον Analogia v. est ἰσότης λόγων, equalitas rationum, Ἐ ̄ ut
Phil. addit, ad minimum inter quatuor terminos. 5. Nico.

c. 13.

c. 23. Eud. 4. c. 2. cum quibus Plato fere eadem ponit lib. 6. d. 11. & Eustratius utramque proportionem Geometricam & Arithmetica pluribus explicat: Geometrica est σχέσις quaedam inter terminos ratione similitudinis, vel ut Eustratius ait, διαφορὰ πρὸς ἀλλήλους τῶ λόγῳ καὶ ποιότητι. Arithmetica v. διαφορὰ τῶ πῶσῳ καὶ ἰσότητι. Utraque vel continua vel disiancta, hac terminos adu quatuor continet, illa potentia.

6. Termini illi sunt persona vel rei: ut si ducem cum gregorio milite, assem cum besse conferam. Geometrica v. hic opus proportionem, ut nempe post partitionem eadem totius ad totum sit proportio, qua erat partis ad partem ante partitionem. Quod eodem modo Plato urget lib. 9. de leg. Quamvis enim homini difficile sit partiri, & dios ait ἡ κρείσις, videndum tamen ut μῆζονι πρὸς ἀρετῶν πλείω, ἐλάττωσι μικρότερα dentur: in eaque ratione persona cum re, καὶ ἀνάπαλι, conferenda. Si n. aequales non accipiunt aequalia pramia, vel inaequales aequalia: ἂν θεῶν αἱ μάχαι, καὶ ἐγκλήμαλα: hoc certe est Eridis pomū, quod in medium proicitur: ut ait Plato 6. de 11. seditio- num procella. Neque hac est πῶσῳ πολλῆς ψίας vitium: illud enim sine ulla iusta causa depravat partitionem: hac dignitatem causam & circumstantiam, qua rem ipsam concernit, spectat: unde Th. Aquinas dicebat hic non esse acceptionem persona, sed causa. dist. 63. art. 1.

7. Hinc Aristot. ait τὸ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογεῖσθαι πάντας κατὰ ἀξίαν τινα δεῖν εἶναι, merita nempe persona, ex reipub. usu, virtutum exercitiis, & communi vita spectanda. diversa tamen pro diversa reipub. forma: pro diversis meritis. Si n. aruficatori & Mulomedico tantum daretur, quantum docto cuidam Aesculapio, vel si rabula alicuius rabies, pro venali lingua tantum reportaret, quantum Aemilius quispiam
quis

qui iuris Medicinam, ut ait Symmachus callet, indignum
id clamaret omnis, cui sanum sinciput: Eodem modo in re mi-
litari si tantum cacula & lixa daretur, quantum militi egre-
gio, & huic tantum, quantum Duci, quis non indignaretur?
Hinc, ap. veteres multi exortē ducunt honorē ut apud Virg.
quod Grecis ἐξάριτον: Plato vocat τὰ εἰσεία φέρεν s. Po-
lit. Vid. Lips. de militia Rom.

8. Definitur autem hec Virtus à Basilio, ut Stobæus
recitat, serm. 52. ἐξ ἰσ ἀπονεμητικῆ τῆ καὶ ἀξίαν, qua gemina
ferè Aristotelica in lib. de Virtutib. ubi contrariam etiam de-
finit, nec ab illis diversa ad modum, quam ex Eth. c. 2. & 3.
Eud. 4. c. 2. 1. M. M. c. 34. elicere est, esse nempe Virtutem,
qua in distributione premiorum & pœnarum, proportione Ge-
ometrica suum cuiq; tribuit. Umbra illius in bestijs apparet,
ut Gratius, Nemesianus P. Angel. Bargæus aliq; osten-
dunt, imprimis v. in mugilib. apud Oppianum ἀλιευτ. 1.
qui iniuriam neq; capiunt, neq; faciunt, eaq; gratia egregio il-
los Epiphonemate dimittit.

ὡς αἰεὶ μὲ πᾶσι δικῆς προσέηια κείται
αἰδοίης, πάντῃ δὲ γερῶσιμιον ἔλλαχε λιμήν. ὁ δικαιοσύνης
ἡ δὲ εἰρῶν dicebat Chrysof. in Mat. Hom. 15. αὐτὸς τὰ πάν-
των ἔχη μετ' ἀσφαλείας.

9. Extrema huius virtutis uno etiam ἀδικίας nomine com-
prehenduntur cum nempe aequalib. inaequalia tribuuntur, vel
inaequalib. aequalia. Quæri a. solet, an qui plura alteri distribuit,
an v. qui distributa accipit, iniustior sit? Arist. partientē magis
peccare asserit. Hic n. sponte & volens id facit, inq; hoc non in
altero est excessus principium. Sibi v. si minus tribuit honore
& gloria ἀντιπεπονθὸς accipit & suspicionem avaritia fugit.

10. ἢ ἀν' ἐκαστῷ ἐν χρεία γίγνηται, ἵστο ζῆσι, cuius unusquisq;
que indiget, id indagat ait Plato 1. de ll. idq; per partes 2.
Polit. deducit. Vita n. humana multa quarit adiumenta,

C

cum

cum non omnis ferat omnia tellus, nec unum genus hominum civitatem constituat, ut ait Arist. 2. Polit. c. 2. & pluribus Plato 2. Polit. ut igitur & vita & societas melius conservetur, necessitas utilitati juncta permutationes constituit & mercimonia, que licet abusu nocua sint aliquando reipub. ut Plato sentit 4. de ll. Tacitus de morib. Germanorū. sano tamen usu admodum proficua sunt, nutriunt communem convictum & egestati auxiliatrices porrigunt manus, & πάντα σωέχαι. ait Arist. 5. Eth. c. 5. plato. 2. de ll. Xen. in Oeconomico. neq; sine illis societas erit, ἅτε ἂν μὴ ἔσσης ἀλλοτρίης κοινωνία ἦν. 5. Eth. 5. & c.

11. Quia v. Agapeti sententiā mores, multorum sunt πονηρίας νομή, nec quilibet Sesquiulyses sies cogitat φιλοζηματεῖν μὲν ἀδικίας Plato 5. de ll. & opum studium saepe virtutes subvertit, ait Plato 8. Polit. ἀσπίται γὰρ τὸ τυμώμενον ἀμελεῖται τὸ ἀτιμάζομενον: opes ait, Lucret. lib. 3. cogunt homines miseros transcedere fines Iuris; itaq; non supervacua fuit opera virtutum virgula divina cupiditatem hominum ad quæstum calidam, suis cancellis circumscribere, ut in commercijs rerumq; permutationib. equalitas conservaretur. ἢ γὰρ ἀδεια ἀνασχωλίαν ἐνέτεκε. 4. de ll. Vocatur a. ista Virtus σβαλλακτικὴ sive commutans & διορθωτικὴ, quia medio omnia mensurat & ἰσάζειν πειραται.

12. Versatur ait Philo. circa ἡδονὴν τὴν ὑπὸ τῆς κέρους, vel ut eod. lib. 5. c. 2. ait circa σβαλλάγματα, in quib. medium inter lucrum, & damnum attendit: undē Judex ait Arist. βέλεται εἶναι οἷον δίκαιον ἐμψυχον: quo exemplo Cic. dicebat leges esse magistratū mutū magistrato v. legem loquētē. Cōtracto a. circa quos lucrū, vel damnū versatur, in primis attēdēdi & Prodicti antiquum illud observandum δός τι καὶ λάβε τι. ap. Stob. ferm. 51. quod Plato Epicharmo tribuit, & forsit rectius, cum huius versus Prodicto Sophistæ semper in ore dicat

dicat fuisse ἢ δὲ χεῖρ' ἢ χεῖρα νίστος δὲ τὴν ἡγ' λάβει τὴν ἔ' repetit
Varro in Sesquiulyffe.

13. Refert. a. ad hoc obiectum Arist. duplices contractus
voluntarios, quos Ἰκτι κατ' ἐξοχλὼν contractus vocant, cum in
utroq. sit consensus: ἔ' inuitos qui vel clandestini ut furtum,
ἔ' c. vel violenti, ut verbera, ἔ' c. Respiciebat v. Arist. σωμα-
λάγματ' vocabulum, vel ab Eustratius monet, quia vete-
res vocabant σωμαλάγματα, non solū qua volentes παῖδι ἐρᾶε
permutare, verum etiam, qua legib. erant mandata ἔ' iussa
mutuo dare ἔ' commodare, ut σωμαλάγμα sit quasi, quod ad
alium transit, vel ap. illum manet, non quatenus voluntarium
est, ἔ' c. Ipsa ἔ' virtus circa talia, qua ad contractus inuitos
referuntur occupata est, eaq. ad equalitatem reducere conatur
ut si Sculponeis Os alicui Thrasymachus batuat, inimicum
ut Agel. ait 2. c. 1. de palmet, os ei denaset ἔ' defricet, ad e-
qualitatem ista ni referantur, frontem de reb. perijisse clament
prudentes: Vid. Plut. 8. Symp. q. 2. licet a. in omnib. ἰσά-
ζην non videatur, absolute tamen, siue in genere, ita dici potest.
ὅταν μετρηθῆ τὸ πᾶθ'.

14. Hac etiam, ut ait Plato 7. de ll. τὸ μέσον ἀσπάζεται
quia utraq. pars ad equale reduci debet, ἔ' iudex est quasi με-
σόδικ'. Est autem Arithmeticum hic medium observandum,
iniquum n. foret, si eandem rem eodem respectu pluris emeret
rusticus, minoris nobilis: vel si agricola deflagrante an-
none incendio minoris venderet frumentum, Sutor ve-
ro sculponeas suas pristino liceret precio. Lex enim
damni solum rationem habet Arist. lib. 5. c. 3. ἔ' vult ἰσά-
ζην, ad medium reducere, unde dubites non immerito an illud
observetur, cum fure suspenso pars casa nihil præter vindictam
recipit. Ioh. Duns. Scotus certè non sine ratione dicebat, in
4. sent. d. 15. c. 4. se non videre, quomodo lex aliqua iusta posse
sit statuere, hominem occidi pro furto solo, neq. se id de bulla cœ-
lo descendente audivisse.

Cum

15. Cum a. fieri queat, ut alter cum altero aliquando vellet
de re aliqua collybum facere, alter v. eiusdem opera nō indigeat
vel illa qua permutare volunt, non sint ita σύμβλητα idest positi
sint ad aequalitatem detractis quibusdam reduci; naturale in-
digetia medio, hominum solertia artificiale supposuit, nummū
sc. Σύμβολον ἐνεκα ἀλλαγῆς, ait Plato, qui γίνεσθαι πῶς μέτρον
ἔγγυήτης Arist. unde ἔ νόμισμα dicitur, quia lege ἔ ho-
minum jussu valet, quib. similia habet Plato 5. de ll.

16. Nummus a. quamvis in minutias dividatur, non tamē
in indivisibili medium illud constituit, ut Scotus d. l. affir-
mabat rectē: quod vel ex consuetudine, vel lege positum cogno-
scitur, ut si ultra dimidium frausus sit. Nec excludit lucrum,
quod quis ex mercib. vili pretio emtis, in alijs v. regionib. ca-
rius venditis, acquirit: nam ἔ opera cum prestinat, ἔ vectu-
ra ἔ cura, licet inempta sit, alia q. pretiū sibi deponunt. Tho-
mas Aquin. in 2d. sent. q. 77. art. 1. Dum modo modum cōs-
titutum non excedat, tum n. Hesiod. illud verum est, κακὰ
κέρδεα ἴσα ἀτησι κέρδης ἔ alterū Gabriæ, προσδοκία eis ζημί-
ανκατανλῆ vide plura apud Alex. Aphrod. lib. 4. q. 20. ἔ sen-
tētias ea de re Rhiani egregias. Idem Solo meditabatur cū di-
ceret, χεῖμαλα δ' ἰμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπῶσθαι, ἐκ ἐθέλω,
πάντως ὑσερον ἦλθε δίκη: qua de re Plut. in Lyfandro. Pla-
to lib. 5. & 9. de ll.

17. Sit a. Definitio huius: Injusticia commutativa est Virtus, que
in permutatione, sive contractib. proportionē Arithmeticā me-
dium observat: cui duo extrema unius particularis injusticia
nomine opponuntur, ἔλειψις ait Arist. καὶ ὑπερβολή τῶ ὠφε-
λίμω καὶ βλαβερῶ παρὰ τὸ ἀνάλογον. Est ne autem peius in-
juriā inferre vel pati, quod ἔ de omni injusticia quari solet.
Plato Polit. 2. ab init. inferre melius ait, id ἔ Aristot. asse-
rere videtur 5. Eth. c. 3. rectē tamē cap. ult 5. lib. decidit. pati
melius esse, quia in illatione improbitas, sociam sese jungit, ἔ se
injus:

iniuria absentia in iniurio speciem boni alicuius pra se fert, id tamen per accidens tantum fieri. Quamvis autem maius damnum inde sequi possit, si aliquis patiatur iniuriam, ut exemplo probat Eustrat. res tamen ex natura sua, non ex fortuito casu aestimanda erit.

18. Sed ius talionis quod Graeci ἀντιπεπονθός, ἀντιπήρωσι, ἀντισήκωσι & ταυτοπάθειαν nominant, est ne Iusticia distribuenti vel commutanti affine, vel geminum cum ea? & potestne locum in bona republica invenire? Pythagora & multorum sententia haec fuit, Iustitiam nihil aliud esse ἀπλῶς, nisi talionem, sive par pari referre: unde & hoc εἶνε πάδοι γὰρ κ' ἔξεξε δίκη ἰδέϊα γυνήλας, iudicium, si quis, quod fecit, perferat, aequum est: quod Iulianus in Caesaribus Delphicum vocat oraculum, eamque legem apud Infernos istos Iudices, quib. Plato in Apol. Socrat. Cic. 1. T. q. Triptolemmum addunt, obtinere putarunt, & ut Fab. ait explicatam esse legis invidiam, cum quis quod patitur etiam fecit.

19. Sed ius talionis non per omnia in rebus publ. admittitur, nec potest absolute ὅς τὸ δικάζει esse, ut Eustrat. monet, in quibusdam forsit tolerari posset, unde nec Arist. simpliciter rejicit: non tamen πρὸς ἀπαντας ἀεὶ ὅς. Si enim rusticus principi supercilia, ut Varro loquitur, vel barbam descobinarit, vel rutro caput displanarit, non eodem modo puniendus erit, ac si rustico id à rege factum esset. Pro usu si quidem & tranquillitate reipub. multa aliter agenda: semper enim videndum an laesio enormis, an saepe, an semel factum, idemque in praemiis attendendum. Si patrem vel fratrem invito inscius, vel in bello quis interimat, (exempla apud Plut. Val. Max. Lucanum & Papinium) eodem ne modo puniendus erit? an debet per imprudenciam retaliari, quod imprudenter commissum est? Nec in permutatione locum semper habebit, si quidem non semper equalia simpliciter restitui possunt, non tan-

tum margareti, quantum vitri, non tantum auri quantum plumbi pondo readendum. Vide Agel, lib. 20. c. 7. ubi eleg. multis ea de re disputat. & Bodinum 6. de repub. c. 6. qui frustra in Arist. arietat.

20. At sacra retaliari jubent litera? & Arist. ipse 2. Polit. c. 1. τὸ ἴσον καὶ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις, & in M. M. l. 1. c. 3. id admittere videtur, & Plato quoque ait 6. de ll. & 9. ἰσότης φιλότιμα ἀπεργάζεται: nec aliud pravari cari talioni videtur, quam πρῶσποληψία. Sed haec omnia ἀναλογίαν non evertunt, cum Arist. & Plato non in omnibus talionem rejiciant, nec sacra litera ἀναλογίαν excludant, quod enim quis inscius facit, si vel casu inexpectato occidit, talionis iure eximitur: Tum v. demum respectus persona irrepit, cum circumstantia illius vel opum, donorum, dignitatis affinitatis citra rem & iustam causam attenduntur: cum Index quae equalia erant, inequalia quocumque modo efficit.

21. Si etiam ius talionis ad unam quamque retributionem extendatur, quod Arist. 1. Rhet. 13. ad ius non scriptum referebat, reiiciendum non erit, quod fana Charitum & pictura abunde declarant. quib. Mercurius addi solebat, & Suada Plut. περὶ ἀκροῶν: pro beneficiis nempe verborum gratiam retribuendam esse: μικρὰν ἀμοιβὴν dicebat Phalaris, ἀντὶ μεγάλης εὐεργεσίας epistola 70. λόγῳ γὰρ ἕργα σκιά. Democritus apud Diog. vid. Diod. Sic. lib. 5. Bibl. Plutarch. de Genio Socratis, & in libro, Philosopho cum Princip. disputandum: Vid. plura de illarum facie apud Eustrat. & numero apud ap. Com. Nat. apud Proclum in Polit. Riat.

22. Cognata est utriusque virtuti δικαστικὴ illa sive Judiciaria, quam Plato in fine Euthydemicae dicit cum δικαιοσύνη & de qua multa 9. de ll. & 6. lib. ait πάντα πόλις ἀπολις, ἐν ἣ δικαστήρια μὴ καθίσταται εἴη κατὰ τρόπον. Boni iudicis officium

cium pluribus describit Orpheus in hymnis & graphicè
 Chrysippus apud Agel. lib. 14. c. 4. Plutarch $\pi\epsilon\rho\iota\ \alpha\text{-}$
 $\kappa\epsilon\sigma\omega\upsilon\upsilon$. Agapetus in monitis Diod. Sic lib. 15. & effig
 giem ipsius luculentam lib. 1. Scal. in Epidorp. vid. & D.
 Thomam 67. d. q. 1. ciuitq; $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\rho\alpha\gamma\omega\nu\iota\sigma\iota\omega$ Dom. So-
 to. lib. 3. q. 4. art. 1. & c.

Ἐπιστάγματα.

1. Ictus agit ne tantum de particulari iusticia, ut multis pla-
 cet, non de Universalis?
2. Estne iusticia distributiva $\epsilon\kappa\ \delta\epsilon\kappa\acute{\alpha}\delta\ \Theta\ \eta\gamma\iota\ \epsilon\kappa\alpha\iota\sigma\upsilon\upsilon\lambda\acute{\alpha}\delta\ \Theta\ \acute{\alpha}\text{-}$
 $\gamma\epsilon\delta\zeta$, ait Polyb $\epsilon\pi\iota\ \delta\alpha\nu\acute{\alpha}\tau\omega$; *decimare & vigesima-*
re, ut Jul. Capitol. loquitur, milites?
3. *Utramq; ne Iusticiam particularem equitas corrigit?*
4. *Religio, pietas, observantia, & c. suntne, ut Scholastici sta-*
tuunt, potentiales iusticia partes?

Disputatio II I.

De Jure & Æquitate.

resp. Levino à Knessebeck.

Iusticia σύσειχον est ius sive leges, ait Eustrat. nam propter
 virtutem leges posita, ut 1. de ll. & 12. Plato multis per-
 sequitur, earumq; magna est necessitas, eodem probante 9.
 de ll. $\acute{\alpha}\tau\epsilon\iota\chi\iota\sigma\iota\ \mu\upsilon\delta\ \pi\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}\ \tau\omega\upsilon\upsilon\ \pi\acute{\omicron}\lambda\epsilon\omega\upsilon\ \delta\iota\alpha\mu\upsilon\chi\sigma\iota$, νόμων δὲ
 $\chi\omega\rho\iota\varsigma\ \epsilon\kappa\ \epsilon\sigma\iota\nu\ \epsilon\delta\epsilon\mu\iota\acute{\alpha}\nu\ \omicron\iota\kappa\epsilon\iota\delta\zeta\ \pi\acute{\omicron}\lambda\iota\nu$. *Multa quidem civitates*
permanent sine mœnibus, sed nulla potest habitari sine legibus.
redtè Dion Chrysostomus asserebat Orat. 75. De iure i-
taq; posteriori loco agemus, pendet n. ex virtute, ut ait Aristo
5. Nico. tanquam ex efficiente, à prudentia siquidem forma-
tur, que non est sine virtute, 6. Eth. vid. Piccol. in Com.
Polit. part. 5.

2. *Iuris vocab. variè sumi solet, pro arte, pro cognitione, pro*
 $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\eta\eta\epsilon\iota\omega$ ff. de iust. & jur. Bol. c. 15. n. 4 & c. *volunt à.*
derivatum cum quibusdam à juxta, quod ridiculum Alciatus

1. L.

1. l. πρῶτ. c. 19. per metathesin à vis, unde illud Ius nunc mun-
dus habet, vim quia semper habet. VVesemb Bolog. c. 14.
n. 12. cū Agricola à jussu deducit, cū Festus dicat, iura
iussa: sed & hoc forte posterius, in his a. minutias secare, quasi
nulla sint primigenia, quid aliud quam in lente unguentum?

3. Definiri generaliter potest, regula sive praeceptum, appe-
titum sive voluntatem hominis gubernans, & ad debitam obe-
dientiam obligans. Thom. in 1. 2d. q. 9. art. 1. Dividitur
a. Philosopho in ἀπλῶς δίκαιον, sive politicū, & τὸ κατ' ὁμοιότη-
τα, sive domesticum. Vocat a. Politicum hoc ius cum Plato-
ne lib. 6. de li. non quemad. Icti civile, sed latius sumit à fine
& usu, societatis nempe vel reipubl. quo certe, tam naturalia
quam civilia iura collimant: & hoc sine, etiam ius civile sua
latitudine naturale comprehendit, ut & Bolog. ait c. 20.
n. 10. Definitur a. ab Arist. quod communionem vita adfert,
ut liberis hominibus & aequalibus necessaria sufficiant, idē, vel
proportione vel numero.

4. Excluduntur hac definitione bestia, qua nec finem, nec me-
dia ad societatem norunt, nisi κατ' ὁμοιότητα quandam, se-
cundo servi, si ad mores antiquos respectum habere velimus,
quatenus ait Eustratius, servi: quia inter quos communio
legis inter illos etiam iuris. Legum v. nulla inter illos commu-
nio: poterat n. Dominus impune servos & insignitè iniuria ase-
ficere, & impune occidere. Requiritur praeterea in hoc iure a-
qualitas, qua in Domino & servo in imperando & parendo lo-
cum non habet: leges v. μάλις α διώκσει τὴν ἰσότητα 3 Polit.
1. M. M. 34. Cie de li. quod in Lycurgi institutis com-
mendabat Polyb. lib. 6.

5. Ius Politicum in duas dispartitur species, naturale & le-
gitimum, quod Icti civile vocant. Naturale Arist. 1. Rhet.
c. 4. vocat κοινόν, alterum ἰδίον, varias illius ambiguitates ex-
plicat Bolog. c. 20. n. 2. & c. Illud definitur τὸ παρταχῆ τὴν
αὐτὴν ἔχον διώαμιν, καὶ ἂν τὸ δοκεῖν, ἢ μή. Vocatur et. πρῶτον

Ἰακωβόν, qui proxime à Deo. Cic 3. de II. quis ut Thomas
dicebat, ab illa universali omnium rerum regula dirigitur &
gubernatur. q. 91 art. 2. de quo vide plurib. Bolog. c. 3. n.
7. & s. qui banc cum Socino putat esse rationale anime partē
n. 25. c. 3. quod tantum de actu 2do verum est: enumerant a.
plurima Cic. de Senect. Eustrat. in Arist. Picc. gr. 10. c. 28
& 29. VVesemb parat. t. 1. n. 15.

6. Cōpetit hoc proprie loquēdo soli homini, est n. recta quedam
ratio & norma vel preceptum quale in brutis nullū, quib. nulla
juris communio, qua nec iniuriā cōmittunt, & quodnā erit jus,
quod precipiendi vim non habet. Bolog. c. 19. n. 9 quod nescias
jus esse, nisi forte brutis & rationem & iudicium assignare ve-
lis? Quomodo igitur bruta natura hoc jus docuit? quomodo eo
consentur, ut Iustin. & Ulpian. loquuntur? An dicemus rati-
one esse pradita, quia à Deo non sine ratione condita? ut ex
Thoma evincere conatur Bolog. c. 5. n. 8. 9. & s. γελωλο-
ποιόν hoc, sic n. helleborum erit rationale & urtica. An dice-
mus à principali parte definitionem esse sumtam? ergo nihil mi-
nus erit, quam definitio. An cum Bol. c. 5. n. 4. & seq. dictum
illud fuisse, tanq. fundamentum ad jus constituendum? & Bor-
cholt. at verba aperte reclamant: & Theophili versio
Graeca. An cum VVesembecio dicendum? hic etiam Arcadicū
germen se ostendere: quippe cum & Paulus. l. pen. ff. de just.
& jur. illud non admittat, vel cum Bolog. cap. 5. n. 21.
illos rustice Philosophari. durum hoc. ὁμοιότητα potius quondā
pre se ferre asseremus, quatenus instinctu naturali ad objecta
sua feruntur, qui tamen nec electionis, nec obligationis vel pra-
cepti in psis. locum habet Bol. c. 5. n. 30. & c. 21. n. 16. Vid. pluy
VVesemb. & Bologn. d. l. Treutl. D. 1. th. 4.

7. At quomodo easdem vires ubiq. obtinet, cum huic juri in-
juriā q. fieri saepius videamus? Spartanis enim licitum erat
rapere, clepere tagaces habere manus. Persis licebat, cum ma-

D

trib.

trib. misceri Herod. lib. 3. Minut. Fel. in Octav. Egyptijs
& Athenis cum sororib. legitima erant connubia, ὁμοπατρίοις
scilicet, non uterinis: nam de ὁμοπατρίοις Lycurgus concesserat:
unde Senecæ scitum illud in Claudium: Athenis dimidi-
um licere, Alexandria totum. In ipsis quoq. incontinentibus et
sceleratis vel nulla sunt vel adeo oblitterata juris ista principia,
ut nulla videri queant. Thom. q. 94. art. 5.

8. Sed rectè respondet Aristot. παρὰ θεοῖς ἕδαμῶς ἄλλως
ἔχει: παρὰ δὲ ἀνθρώποις ἔστι ὡς vel ἔστι μὲν τὴ φύσιν κινητὸν:
ἢ μὲν τοῖσιν, ἀλλὰ ὁμοῦς ἔστι, τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ ἢ φύ-
σει. qua eleg. explicat Eustracius. Ius enim naturale ra-
tione sui idem est, nec mutatur, quatenus vero ei aliquid ad-
ditur, nihil ait Thomas prohibet illud mutari, multa n. su-
per addita sunt ad vitam humanam utilia, tam per legem
divinam, quam humanam &c. q. 49. art. 5. ratione etiam
usus consuetudinis & circumstantiarum, ratione illius qui
ista principia negligit, mutabile est: non quidem univer-
saliter, quamvis unus & alter, vel tota natio principia i-
sta natura in particularibus matè applicet. Non enim
est mutabile ius naturale ratione primi gradus ὡς πέφυκε,
ait Eustrat. nunquam enim honestum fit inhonestum:
παρὰ δὲ μὴ χρωμάτων, ὡς πέφυκε, κινῆμα, quod exem-
plo mellis declarat, nam & illud ut proverb. ait, quis
busdam fel est, non ratione sue natura, sed pro palato gu-
stantis: sic equi quamvis mille vel omnes volutim badi-
zare, ut ait Varro doceantur, naturalis tamen instinctus
ratione sui manet.

9. Declarat hoc eleg. Arist. exemplo manuum, quarum agi-
lior quidem natura est dextra, aliquando tamen usu sinistra
potior, quod quidem Plato negat, 7. de ll. eandemq. natura
agilitatem in manib. & pedib. ambob. esse contendit τῆς φύσεως
ἰσορροπίας: matrumq. & nutricum depravata institutione
bonis

homines quasi claudos reddi putat. Quod etiam Schytarum, Igo
 ra & auriga exemplo probare nititur: sed reclamant experientia
 & rationib. alibi Arist. contrarium probat. Plura exempla po-
 nit Eustratius in sceleratis v. & incontinentib. quomodo ob-
 literentur ista natura principia, affectuum scilicet impetu non
 perplexè ut putat Bologneto c. 4. n. 15. sed με πολλῆς σαφηνείας
 Arist. l. 7. c. 3. ut ipse prius immemor, eodem c. n. 27. affirma-
 mat, declarat: idq. vel ipsa Eurip. & Ovid. Medea abunde lo-
 quitur. In sceleratis v. licet ratione conclusionum obscurentur
 ad tempus ista principia; ἀνογᾶ tamen σαφδῆσεως ob oculos i-
 psis versatur. Nā Petronio teste. Dii Deaq., quam malè est
 extra legē viventib. quicquid meruerunt, semper expectant.
 Cic. pro Roscio. Iuv. sat. 13. Dom. Soto. l. 2. q. 4. art. 5.
 10. Pertinet huc jus Gentium, cuius varias Homonymias vi-
 de apud Bolog c. 2. n. 8. & si quod Icti in prius & posterius
 dividunt, quod scilicet. natura quodam protelo et unanimi qua-
 si consensu omnes gentes observant, unde legati, ut ait Cæsar.
 de bell. Gal. inviolabiles: Liv. l. 5. hinc apud Festū ait Ca-
 to, Caduceatori nemo homo nocet: Cic. de Arusp. resp. sic cæs-
 seo, ait, jus legatorum cum hominum presidio munitum sit, tum
 etiā divino jure esse vallatū, quod ratione primi principij diditū.
 Stat. Papin. 2. Theb. sanctum populis per secula nomen lega-
 tus. Vid. Plut. in Camillo vid. etiā VVes. in Dig. nū.
 10. t. 1. Differunt a. jus gentium prius & posterius, quod illud
 principia natura inderivata habet, hoc propositiones ait Tho-
 mas, inde deducit: in illo non est opus constitutione, in hoc v. et
 consensu insuper: illud semper æquum & justum, hoc ut Bologne-
 tus Conano concedit, iniqui faciem interdum præ se fert. c. 17
 n. 20. & 24. n. 4. n. 11. 12. & 19.

II. Ius legitimum in quo σωτηρίαν τῆς πόλεως Arist. 1 Rhet
 4. constituit, quod Icti civile vocant, Arist. definit. ὁ μὲν ἐκ
 δεχῆς ἔδδεν διαφέγει, ἔτως ἢ ἄλλως, ὁ τὰν δὲ θῶνται, διαφέγει.

Plato in Timæo, describit, cum ait, νόμος δόγμα πόλεως,
& 4. & 12. de ll. νόμον dictum putat q. τὴν ἢ διανομήν vocat ἢ
ἀλεξιφάγανov 12. de ll. cuius ἔς causas inibi adducit. In
Minoc legis vocabulum latiss. ostendit, ita ut et. νόμος ἰατρει-
κὸς, γεωμετρικὸς, κηπευτικὸς, μαγικὸς recenset. plures am-
biguitates vide apud Bolog. c. 20. n. 10 & 1. Arist. 10. Ni-
com. c. ult. definit rationem à prudentia ἔς mente profectā.
Legem v. non esse rationem contra. Socinum contendit Bolog.
c. 2. n. 12. & 13. sed facile ad rectum ista reprehendatur sen-
sum, ut. c. seq. ostendit. Cic. 1. de ll. Lex ait est ratio summa
insita in natura, qua iubet ea que facienda sunt, prohibet ἢ cō-
traria. Vid. Senec. Epist. 93. l. 14. qui Leges, ait, quid sunt,
nisi in iis mixta precepta ἔς c. ubi multa de legis officio. Tho-
mas nihil aliud esse, quam dictamen practicae rationis in prin-
cipe, cum civitatem gubernat. 1. 2dæ. quæ 91. art. 1. Plures des-
crit. recenset Dom. Soto lib. 1. c. 1. Jōs a. vocab. Legis ἔς
Juris aliquando promiscue usurpare ostendit Bolog. c. 2. n. 12
item c. 6. n. 6. & ex Theoph. clarum est ἔς aliquando di-
stincte c. 13. n. 1.

12. Causam legis ἐξ ἀρχαίων veteres secundum Pla-
tonem 4. de ll. non hominem dixere, sed fortunam, cur v.
universale jus natura non satis fuerit. sed humana et. ll. requi-
sita vid. Bolog. c. 7. n. 8 & 1. Prima a. causa legum Deus, ut
plurib. Cic. 1. de ll. deducit, Thomas 1. 2dæ q. 93. art. 3.
& Bolognetus c. 7. n. 7. & Xenophon 4. Memorab.
ἐχολῆ ἂν ἄλλός τις τὰ δίκαια νομοτεθήσειεν, εἰ μὴ θεός: proxi-
ma jus natura. Thomas 1. 2dæ q. 95. s. 2. Bolog. c. 7. utri-
usq. respectu recte affirmari posse pertendimus cum Cic. ap.
Lact. 1. 6. c. 8. leges eisdem esse apud omnes, nec aliam Roma, al-
liam Athenis, aliam nunc, aliam posthac, sed ἔς omnes gentes ἔς
omni tempore unam legem ἔς sempiternam ἔς immortalem cō-
tinere. vid. Thom. in 1. 2. q. 94. art. 4. Pic. gr. 9. c. modo ista
lex ratione fundata sit, qua sublata cessat lex. leges n. tyrannica

potius sunt peruersitas legum, quam leges dicebat Thom. i. 2 dæi
quæst. 92. art. 1. Ad efficientem pertinet legislator in quo, ut Scotus
ait, requiritur prudentia & autoritas 4 sent. d. 15. q. 2. de cau-
sa efficiente plura agit Thom. i. 2 dæ. q. 90. d. 3.

13. Finis legum est publica utilitas Thom. in i. 2 dæ q. 91. art.
2. unde quadam leges ratione temporis & loci non omnib. uiles sūt
ut duob. exemplis pro conditione Alexandria & Attica reipub.
Theoph. in Instit. probat, quo respectu, ait Favorinus apud
Agel. l. 20. c. 1. ut facies cœli & maris pro tēporū morib. mutantur
et flectuntur, unde Arist. illas mēsuras similes esse dicebat. l. 5. c. 1. Nic.
Legem siue νόμον Plato: alium vocabat ἀπλῆν simplicem, qui
tantum cauet, vel edicit, alium διπλῆν, qui rationem addit 4. de
M. quo respectu exordium adesse legib. volebat: quod & Legū la-
torū. pro concione obseruati: leges a. promulgatas iubere, nō sua-
dere dicebat idē, quod certos tamē limites admittit. De promulga-
tione plura Th. Aq. i. 2 d. q. 1. art. 4. Dom. Soto. l. 1. q. 1. art. 4.

14. Arist. 13. ut & Icti leges dividunt in ἐψηφιστάς & ἀψηφιστάς
ἄγραφοις, has, ut imperator ait, a similitudine Spartanorum (quod &
Plutarchus in Lycutgo asserit) illas v. exemplo Atheniens. qui
tamen leges etiam ἀψηφιστάς plurimas habuerunt, ut ex Platone
liquet 7. de ll. Scribi a. leges, non est quidem de essentia ipsarū,
nisi sancire vel figere unā denotet, vel pro usu populi id fiat. Scri-
ptas Icti ulterius dividunt cum Agel. l. 10. c. 20. Non scripta
Lex consuetudo dicitur, quam omni lege valentiozem affirmabat
Seneca de benef. Macrobius in saturnalib. de qua plura Sa-
lust. in Jug. Arist. 2. M M. c. 1. & 6. 2. de Mem. c. 2. Thom.
Aq. 1. 2 d. q. 97. art. 3. Domin. Soto l. 1. 7. art. 2. VVesensb.
dig. tit. 3 n. 9. Treutl. disp. 1. th. 9. que hic non persequimur
ne ἐπιὸς τῶν ἐλαπίων vagemur, cum qualibet disciplina μεθοδεία sua
habeat, nec ἀπελάσασιν εἰς ἄλλο γένος admittat.

15. Transimus ad alteram speciem, quæ in ἰσχυρῆ μεταφορῆν siue
ἐπιαιότητι & domesticum Arist. vocat, quod est vel γαμικόν, vel

50 Arist. 1. Rhet. c. 2. nec legislator propter varietatem rerum,
temporis, loci etc. attendere potuit, Vide Bodinum 6. de repub. c. 6.
hinc oratorum status legitimus cum controversia ex scripto & sen-
tentia, exempla apud Cic. in Rhet. ad Heren. Quintil. Eu-
strat. in 5. Eth. πολλά ἀνάγκη ait Plato 6. de ll. & in
1. de regno παραλείπει: si enim omnia enumerare, vel coniecta-
re vellet, quid Iurisprudencia aliud foret, quam onus camelorum.
ut Amelius dixit, Lips. in Epist. cent. 5. Epist. 78. πᾶς οἷς
2d νόμοι πολλοί, καὶ διὰ πᾶσιν τέτοις καὶ βίοι μοχθηροί. Plato.
vid. Bolog. c. 29. n. 7. Unde & legislatorem non statim pro-
mulgare, sed προῖόντων τῶν νόμων, καὶ τῶν δοξάντων ἔργων πρὸς μὲν
Tempus autem ἐμπειρίας in sua repub. assignat paulo post, decen-
nium ipsum. Arist. 1. Rhet. 13. Iudicem id partim invitum, par-
tim volentem committere ait. Illud quidem cum quadam latent:
hoc vero propter multitudinem & copiam de quibus plura inibi: ad
quod forsitan referendum Solonis illud vasrum; qui ut Plu-
tarchus ait, ea gratia leges contortas & varie implicatas scripsit,
ut sibi vel aliis iudicibus multum autoritatis accederet, si benigna
quadam interpretatione ipsis legibus quasi maior videri posset.

19 Quia igitur Index est anima quasi legis, ut ait Aristot. &
quo Cic. sumit 1. de ll. & Lex loquens non semper iudicat γνώ-
μας ἐν ὁρθαῖς παρὰ μάνθῃ Pindarus, sed cogitat τὸ τοῖς ἀνθρώ-
ποις συμφωνώσκειν ἐπιφύκει. Arist. 1. Rhet. 3. Thomas in 2d. q.
60. art. 4. non exequitur legis sententiam, sed mitigat pœnam; ad
circumstantias sese applicat: obscura explicat mitius, quod propter
singularia decet, id iudicio supplet, non quidem contra, sed prater
ll. unde directionem malebant Buridanus & Thomas, quam
emendationem Bolog. c. 30. n. 1. corrigit enim non abrogat,
nec dispensat, vel eximit à lege. Usam illius in tribus præcipue articu-
lis VVesemb. ostendit in tit. 1. ff. n. 18. Exempla sunt apud A-
rist. 1. Rhet. 13. Platonem de ll. 6. Eustratium in 10. c. Arist.

20 Sit igitur aquitas ἐπανόρθωμα τῶν νόμων, ἢ ἐλλείπη, διὰ τὸ κα-
τὰ νόμον


Βόλγ. Utrum a. ἐπανόρθωμα sit tantum ratione remissionis vel
 ei. exasperationis dubium est. Vtroq; n. modo multorum iudicio
 procedit, qua de re vide Bolog. c. 28. n. 14. c. 30. n. 12. 37. ult.
 sapius tamen in mitius calculos dirigit, quam asperius, ut cōcludit
 Thom. in secunda 2d. q. 120. art. 1 Arist. eam confert res
 gula Lesbia, quae non erat ex obliquo ἔσκληροτερον ἀχίλῳ ferro, sed
 iunco ἔσ flexibili plumbo. Eustratius vero ait, proverbium il-
 lud iactatum fuisse non in Lesbiam normam, sed adificationem; ἐ-
 σοχὰς γὰρ καὶ ἐξοχὰς ἔχοντας τὰς λίθους ἀκοδόμων, ita ut iunctura
 secundum Perium unguis excuteret. Male a. equitas à quibus-
 dam in naturalem ἔσ civilem dividitur. Bolon c. 28. n. 12.

21 Adversum est Aequitati ἀνεπιβόητον, iuris scripti dura
 ἔσ à regula humanitatis aliena interpretatio, vel verba malignè
 detorta, in quibus saepe scrupus pro serpo queritur: ita Ovid. &
 Gunthero in Ligurino testibus, injustum rigido ius dicitur esse
 se, ἔσ τῷ πολυβουλήῳ summum ius, summa sit iniuria. Terent.
 Heaut. 1. off. Cic. vel ut Columel. l. 1. c. 7. summum ius
 summa crux. Nos cum Platone concludimus in Critone μήτε τὸ
 ζῆν, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τῆς δικαιοσύνης ποιεῖν; & in Theaeteto, ἔκ ἐ-
 σιν ὁμοιότερον θεῷ εἶδέν, ἢ ὅς ἀν ἡμῶν γένηται δικαιοτάτῳ.

Ἐπιτάγματα.

1. Ius gentium referendum ne ex opinione Aristot.
ad legitimam? A.
2. Leges sciscere, vel ferre, estne Politici, an Icti?
illius esse A.
3. Aequitas corrigitne jus gentium, saltem secundarium
ἔσ consuetudinem. D.
4. Aequitas scripta, si nempe præceptis inludatur, quo
modo adhibenda sit, manetne aequitas. N.





TIONES ETHICÆ
 III.
 Quarum
 I
 IA VNIVERSALI.
 II
 ITIA PARTICV.
 ET TALIONE.
 III.
 RE ET ÆQVI
 TATE,

quas
numinis aspicio
facultatis suffragio
 Præside
 ELE DRESEMIO
ordine tuebuntur
 MAS)
 P O) à Knesebeck.
 NUS)

end. Sextileis. II. s. Calend. Sext.
 prid. nonas eiusd.
 dos ἄνω δαυμασός, ως δικαιοςύνη.
 rist. 5. Eth. 1.
 Hartmanni Bibliopola.

